

BEATISSIMI BENEDICTI

NATIVITATE RECURRENTE

QUINTINI GUANCIALI

ODE

ITERUM TYPIS ET CURA

CASINENSIIUM PATRUM

ET

CUM ITALICA INTERPRETATIONE

IMPRESSA

IN DIE FESTO EJUSDEM DIVI.

**Ex Actis Archaeologiae, litterarum, et artium
Academiae Regiae Neapolitanae.**

ODE

Excussa sacro numinis halitu
Nunc sume plectrum, Calliope, novum;
Et nixa sublimi volatu
Perge viam gradiens per aethram.

Et te Casini verticibus super
Adtolle, et alta voce reconditos
Aetate fastus, et recentum
Concine nunc memoranda Patrum.

Et dic quis Heros talia gesserit
Portenta, vel quae pectore prompserit
Arcana doctrinae, novaeque
Per populos elementa lucis.

Humana quum tot vita laboribus
Iaceret aevi sub tenebris rudis
Oppressa, et effraenis ruebat
Undique barbaries per orbem.

Tunc ipse primus pectore fervido
Ausus nefandis relligionibus
Obstare, et hinc illinc vetusta
Sternere tot simulacra divûm.

Nec saevientis tela tyrannidis
Expavit; illum non odia, et graves
Irae removerunt tenacem
Propositi tetigisse metam.

Et certa junxit foedera Patribus,
Ut grande secum conficerent opus;
Vulgavit et dux ipse Normam
Consilio sapientiori.

Munire certant tum loca sedibus,
Atque hoc in alto vertice conditum
Apparet, atque inter coruscat
Artificum monumenta Templum;

Deoque plenus hic solitus rapi,
Motusque cordis concipit igneos
Oracla divulgans, Deique
Pectore fatidico triumphos.

Finxitque mores, et decus urbium,
Quascumque tellus itala continet;
Magnas et artes, et virorum
Ingenia excoluit docendo.

Quot jam per aevum pulvere sordidas
Chartas sagaci mente revolverit;
Graeci, latinique ordinavit
Reliquias, tenebris fugatis.

Et barbarorum per loca cursibus
Vastata fruges reddere fertiles,
Versare glebas et ligone
Calluit haud timidus laborum.

Sed tanta virtus, famaue nobilis
Pervasit oras orbis ad ultimas;
Gallicae, semoti et Britanni
Cultum animi ad capiendum adibant.

Nunc apparatu Nomen ad aethera
Tollunt decoro, et facta tot inclyta;
Post saeculum, post tot vicesque
Tangit honos memorare Divum (*).

Tuque altiorem, Calliope, tuam
Nunc tolle vocem, dic properent cito
Per cuncta terrarum vocati,
Et celebrent meritos honores.

(*) Videlicet festivitas Casinensibus Patribus
solemniter celebrata prid. Non. Apr. an. MDCCCLXXX.

Et quanta fulget gloria, et aemula
Virtus adurit pectora Patribus,
Et quidquid hic recti, probique,
Atque boni scatet unde, noscant.

Magisque se nunc viribus ingeni
Hae arce tollunt, sunt comites Fides,
Spes, Caritas, atque inter artes
Fervet opus meliore flamma.

Hic hospitalis se reserat Domus,
Amica semper luce micat Pharos,
Atque advenas gaudet receptos
Italicos didicisse mores.

TRADUZIONE DEL CONTE GIOVANNI PANZERA

LETTA NELLA REALE ACCADEMIA

DI ARCHEOLOGIA, LETTERE E BELLE ARTI.

Scossa dal sacro spirito divino,
Togli or, Calliope, una novella cetra;
E con sublime vol segui il cammino
Solcando l'etra.

E di Cassin t'innalza in su la cima,
E ad alta voce i fasti omai fatti adri
Dal tempo, e i memorandi atti sublima
Dei nuovi Padri.

E di' qual fece Eroe tali portenti,
Quanto arcano saper dal petto schiuse,
E quai di nuova luce infra le genti
Raggi diffuse.

Quando giacea la vita affaticata,
Dell'età rozza alle tenébre in fondo,
E la barbarie qua e là sfrenata
Correa pel mondo,

Pria col fervido petto opporsi agli empì
Numi egli osò, che profanâr la terra,
E i segni antichi qua e là pei tempi
Stenderne a terra.

Nè i dardi paventò d'empio tiranno;
Nè l'odio, nè la grave ira a lui vieta,
Che saldo in suo voler porta ogni affanno,
Toccar la meta.

Ei coi Padri in fedel patto si strinse,
Perchè ognun la grand'opra al fin conduca;
Ei la Legge bandì con cui gli avvinse,
Provvido Duca.

Gareggian essi ad elevar lor sedi;
E già sublime in quest'eccelsa parte,
Fra l'opre il tempio folgorar tu vedi
D'ogni bell'arte.

Pien dello Spiro, ei qui spesso rapito
Sentì del core il palpito cocente,
Profetando i trofei, la fede e il rito
Del Dio vivente.

Fe' gentili i costumi e di onor degni;
Tutte abbellì dell'italo paese
Le città; coltivò l'arti e gl'ingegni,
Cui fe' palese.

Quanti ei sagace antichi libri svolse
Tolti alla polve, e quanti avanzi, doma
L' antica notte, entro ai suoi chiostri accolse,
D' Atene e Roma.

Robusto agricoltor, con mani esperte
L' alte zolle ei rivolge; e le contrade
Che il barbaro corsier fece deserte,
S' ornan di biade.

Ma cotanta virtù, sì nobil fama
Della terra ai confin distese i vanni;
E a lui condusse del saper la brama
Franchi e Britanni.

E or Cassino il gran Nome e i fatti illustri
Leva con pompa all' etra; e dopo tanto
Volger di casi, al fin di venti lustri
Celebra il Santo.

E tu, Calliope, or più tua voce innalza,
Sì che le genti, onde il dì nasce e muore,
Corrano, e come è degno, in questa balza
Rendangli onore.

Veggian la gloria che quassù scintilla,
E l' emula virtù che accende il petto
Dei Padri, e il fonte donde il ben zampilla,
L' onesto e il retto.

S'erge ognor più dei sacri ingegni il coro:
Fede, Speranza e Carità gl'infiamma;
E d'ogni arte gentil ferve il lavoro
Con miglior fiamma.

Qui s'apre a tutti, e di benigno lume,
Faro immortal, l'inclito Albergo splende,
Lieto se lo stranier giunge e il costume
D'Italia apprende.
